universis quibuscunque dicantur nominibus et cognominibus nihil excipiendo
neque reservando hinc ad festum Sanctorum Trium Regum proxime ventur[um]
vigore praefat[ae] arend[ae] et non ultra. Et quia idem Stanislaus personaliter
Nicolaus Herbort de Fulstin capitaneus Leopoliensis recedendo a iure suo
terrestri quomodo forum competens exstitit de bona praefat[a] apud praefatum
Stanislaum Michaliowski arendasse eadem[que] non aliomodo tenere
et possidere tantummodo usque ad arendae praefat[ae] necnon ad expirandum
ambo Quia quindo expirat extunc praefatus Stanislaus Michaliowski
in bona praefat[a] inequitabit tanquam in sua propria et per hoc
nullam violentiam faciet. Super quo mente soluto est officio.

Vnijathiczkj tenetur Tshureczky

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Pre-
misliensibus Nobilis Dmytrz Vniathicky recedendo a iure suo quomodo
terrestri et huic iurisdictioni praesenti castrensi se submittens et successoribus suis
omnibus incorporando publice palam recognovit se Nobili Michaeli
Thureczky et eius successoribus teneri certi debiti viginti octo florenorum
pecuniae monetae Polonicalis, quos pro die et festo Sanctorum Petri et
Pauli Apostolorum proxime venturo hic in castro Premisliensi vera
et soluta et teneri acta castrensia Premisliensia reponere repositamque non
effectuabit. Casu vero quo sit ut nunc idem Dmytrz Vniathicky cum suis
successoribus eidem Michaeli Thureczky et eius successoribus pro die et
termino praefato summam expressam non solverit aut solvere neglexerit, summam
praefatam cum suis successoribus extunc inscribit et obligat se eius dare libere
admittere et intromittere et actuare pacificamque possessionem summae
praefat[ae] viginti octo florenorum pecuniae in sortem eius Sawkamys
Halkowyczy per ministerium terrestrem Premisliensem quem eius duxerit ad
intromittendum sub vadio simili summae viginti octo florenorum pecuniae
quae bona praefat[a] idem Michael Thureczky tenebit habebit et possi-
debit cum omni iure dominio et proprietate et cum omnibus eorum
bonorum attinentiis plenum atque utilitatibus quae universis quibus
eumque dicantur nominibus et cognominibus ad sese tenere iure
nihil pro se et successoribus suis excipiendo sed ita prout solus tenuit ha-
buit et possidebat atque arrepta possessione ad festum Nativitatis Chri-
sti proxime venturum et in defectu tunc exemptionis ad aliud
simile festum Nativitatis Christi proximum et sic ab anno ad annum usque ad
exemptionem ad summae praefat[ae] pecuniariae communiter persolutionem
Et si tunc tenebitur idem Dmytrz Vniathicky cum successoribus suis eund[em]
Michaelem Thureczky et eius successores in eisdem bonis obligat[is]
ab omnibus quibus et impedimentis quarumcunque personarum sexus
In villa sortis sue Vniathicze

statibus et conditionibus cuiuscunque existendo necnon ab omnibus inscriptionibus prio-
ribus et posterioribus cuiuscunque personarum ingrementisque sensu facti
et faciendo necnon ab omnibus litteris concessionibus quae ratione fundationis
in bonis praefat[is] possit ponere necnon ab omnibus litis pertinentiis penis
vadiis et replicationibus in bonis praefat[is] perducit et perducendo tenens quoad
necessarium fuit etiam defendere bonaque praedicta munda et libera facere.
Necnon si idem Dmytrz Vniathicky cum suis successoribus eidem Michaeli Thu-
reczky et eius successoribus in bonis praefat[is] iniuriam aut quomodo pacifica
eam possessionem impediat et adimet sub vadio simili summae viginti octo floreno-
rum pecuniae inscribitque se et successores suos idem Dmytrz Vniathicky inscriptionem
praesentem castrensem Premisliensem ad acta terrestria Premisliensia transfe-
rendam et transportare ad terminos et suos terminos terrestres Premislienses
sub vadio simili summae viginti octo florenorum pecuniae pro quo quidem vadio
si se idem Dmytrz Vniathicky cum suis successoribus eidem Michaeli Thu-
reczky et eius successoribus de iure terrestri et castrensi Premisliensi
sive ad officium eius castrense capitaneale Premisliense litteras praemiserit et
praemiserint extunc recedendo a iure suo quomodo terrestri in suis litteris
terminis stare et pro praefat[o] vadio satisfacere se et successores tenebuntur.
Terminum primum tanquam peremptorium et aliis subsequentibus nullis
... collationibus dilationibus bellicis conventionibus
quibus et particularibus ... et ... aliquibus impediendo
et tandem ... Legalibusque aliquibus exemptionibus ...
... exemptionibus ... defensionibus ... non petendo poena
... non differendo ad quaestionem ... non evadendo quae
Marcha et ... poena hoc idem vadium et vadia non evadendo ...
... in auxilium ... ad effectum ...
et ... sub amissione ... solutionem praefat[ae]
vadii ... quod necessarium fuit. Nulla in ...
... super quo mente soluto est officio praesenti
... obstando

Actum in castro Premisliensi sabbato post festum
Sancte Agnetis Virginis proximo. Anno Domini
Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Primo.

Lithinsky arendat Tharanow

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus
Nobilis Georgius Lithinsky recedendo a iure suo quomodo terrestri foroque compe-
tente et huic iurisdictioni praesenti castrensi Premisliensi una cum bonis et suc-
cessoribus suis omnibus incorporando sanus mente et corpore existens publice pala[m]
recognovit quomodo bona tenuta sua in villa Balize per Nobilem Joannem